

CEBERNONIS ABBATIS LIBELLVS.
de officio Missæ quem edidit Rhomæ.

Sacerdotes studiose legant

CAGNI PASCHALIS CELEBRANDI
ritus:vnus & vuniformis vbique fuit.in ecclesijs ergo quo-
ad fieri potest vnus & vuniformis offerendi modus esse
debet. Et vt synaxeos mysterium omnij summum &
maximum est: ita ius ipsum ordinandi/summi pontifi-
ces vel soli habuere.neque quicque aut addere aut substra-
here temere audendum est. Quapropter studeat sacer-
dos quisque si quid antehac confusum & inordinatum
in suo ministrandi modo admiserit: seipsum emendare
& pro omissis veniam suppliciter exposcere / cognos-
scens quod ab apostolo dictum est, quæ autem sunt a
deo ordinata sunt.

De officio
IACOBVS FABER SACERDOTIBVS
S. D.



Acerdotale mysterium tāta noscitur dignitate fulgere/tāta maiestate excellere; vt nihil sub sole illustrius/nihil cognoscatur augustius. Quamobrem secūdum scientiam quantum mortalibus fas possibilis est: eos qui tam sublime tractant sacramentum/pure & monde ad sancta altaria accedere studendum est. ne si ignoranter accedatur; sine sale videatur summum sacrificium deo offerri. quod nichil Iominus in figura/in omni vel minimo sacrificiorū veteris ritus oblatione/sub interminatione diuina stricte vetitum est. Cum etiam scriptum sit/in doctrinis glori ficate deum, quid enim doctrinæ; nisi eorum quæ tractantur certæ scientiæ? Ad quod quidem rite assequendum/cum superiore Julio bibliothecas Moguntinas forte lustrarem: occurrit mihi quidam libellus venerabilis viri Bernonis quondam Abbatis Augiensis/circa diuinorum priscas & apostolicas institutiones perue stigandas olim vigilantissimi. qui non parum utilis & accommodus huiç rei mihi visus est. Quo inuenito: rogaui excellentis prudentiæ virum Andream Velsusen num doctorem/ut eum ex libraria obtentum exscribi mea causa iuberet/perscriptum autem ad me mitteret in Galliā, quod lubens(vt officiosus erat)annuit. Acceptum igitur ex Germania librum commissi officine/quo multis/maxime sacerdotibus prōsit. Nam is mihi sane visus est/qui dignus sit in manib[us] omnium sacerdotum versari:ne negligenter & inscie sanctū opus aggrediatur. cum etiam scriptum esse non nesciant: maledictū eum esse qui negligenter opus domini facit. Præmonitum tamen circa id sanctiss. & augustiss. mysteriū

paucorum verborū nullum ægre laturum crediderim:
 quæ pleriq; sacerdotum vel ignorant vel in eis errare so-
 lent. vt deinceps vel admoniti vitent errorem: vel non
 ignorantes (quod absit) delinquant, vnum est / Missa: Missa
 quod hebræum vocabulum est / perinde significans ac
 liturgia apud Gracos & vt officium sacrūq; ministe-
 rium apud nos. Ex rudimentis Heb. aicis Capnionis.
 Alterum Aleluia / quo interdum frequens est in missa
 usus: quadriflyllabum est & ia vna syllaba. Ex Hiero-
 nymo & hebræo. significatq; alelu per se laudate: & ia
 monosyllabum per se dominum. Tertium in litanij
 id est in nouenis supplicationibus imitatione nouem
 chororū cœlestium kyrie eleison / Christe eleison: bina
 sunt vocabula: & eleison quadriflyllabum / accentu mo-
 re græco in antepenultima licet penultima longa sit /
 littera etiam crassum sonum retinente. id ex græco ἐλέη
 σοι. significatq; id: ter domine miserere. ter Christe mi-
 serere. ter item domine miserere. Quartum in trifagio
 hymno angelorū / sanctus / sanctus / sanctus / in fine osia
 na quadriflyllabum est / significatq; salua age / siue salua
 obsecro. Ex Hieronymo & hebræo. significatq; osia p
 se / salua: & na monosyllabum per se / eia / age / vel qui p
 piā simile. est enim obsecrativa particula. Hæc sunt
 que sacerdotes qui angelī domini sunt / indignum late-
 re putauit. Parisijs. M. D. X.

Λειτουρ-
 για.
 Aleluia

κύριε
 ἐλέησον

Ossana

a.ij:

De officio
**CAPITA LIBELLI BERNONIS ABBA
 TIS DE OFFICIO MISSAE.**

De psalmis & orationibus ante missam dicendis.	1
De confessione/introitu/ & litanij in missa.	2
De gloria in excelsis & dominus vobiscum.	3
De prima oratione in missa.	4
De numero orationum.	5
De authenticis orationibus.	6
De conclusione orationum.	7
Item de conclusione siue confirmatione orationum.	8
De epistola ad missam legenda.	9
De euangelio : in quam partem sit legendum.	10
De oblatione in altari componenda.	11
Quid super oblationem in altari sit dicendum.	12
Quid auctum sit in canone.	13
Quid superfluum sit in canone.	14
De signis super oblationem.	15
De acceptione oblationis in manus.	16
De commemoratione dominicæ passionis.	17
De commemoratione mortuorum & reliquis obseruantij vsq; in finem canonis.	18
De pane/fractione/ & communicatione.	19
De vitanda intinctione.	20
Repetitio a superioribus.	21
De benedictione post missam.	22
Quid agat sacerdos post missam.	23
Brevis descriptio celebrandæ missæ.	24
Epilogus.	25

CBERNONIS ABBATIS DE OFFI
cio missæ/ de psalmis & orationib⁹ ante missā. Cap.I.



Resbyter cū se parat ad missam:
iuxta Romanā consuetudinē de-
cātāt psalmos. Quā dicta. Benedi-
xisti. Inclina. Credidi. Pater no-
ster cum precibus & oratione pro
peccatis. videlicet ut interius/ ex-
terioriusq^b summo sacerdoti placere
valeat: quem cum sacratissima ob-
latione sibi Christianisq^b omnibus placare desyderat.

Psalmi/ preces & oratio.



Vam dilecta tabernacula tua domine Psal. 83.
virtutum: concupiscit & deficit anima
mea in atria domini.

Cor meū & caro mea: exultauerunt in
deum vivum.

Etenim passer inuenit sibi domum: &
hirundo nidum sibi vbi ponat pullos suos.

Altaria tua domine virtutum: rex metus & deus meus.
Beati qui habitant in domo tua: in saecula saeculorum
laudabunt te.

Beatus vir cuius est auxiliū abs te/ ascensiones in corde
suo disposuit in valle lachrymarū: in loco quē posuit.
Etenim benedictiones dabit legislator/ ibunt de virtu-
te in virtutem: videbitur deus deorum in sion.

Domine deus virtutum exaudi orationem meam: auri
bus percipe deus Iacob.

Protector noster aspice de⁹: & respice in facie CHRI
STI tui.

Quia melior est dies vna in atrijs tuis: super milia.

Elegi abiectus esse in domo dei mei: magis q̄ habitare
in tabernaculis peccatorum.

De officio.

Quia misericordiam & veritatem diligit deus: gratiam & gloriam dabit dominus.

Non priuabit bonis eos qui ambulant in innocentia: domine virtutum beatus homo qui sperat in te.

Gloria patri. Sicut erat.

Psal. 84.

Benedixisti domine terram tuam: auertisti captiuitatem Iacob.

Remisisti iniuriam plebis tuae: operuisti omnia peccata eorum.

Mitigasti omnem iram tuam: auertisti ab ira indignationis tuae.

Conuerte nos deus salutaris noster: & auerte iram tuam a nobis;

Nunquid in eternum irasceris nobis: aut extendes iram tuam a generatione in generationem?

Deus tu conuersus viuiscabis nos: & plebs tua letabitur in te.

Ostende nobis domine misericordiam tuam: & salutare tuum da nobis.

Audi quid loquatur in me dominus deus: quoniam loquetur pacem in plebem suam.

Et super sanctos suos: & in eos qui conuertuntur ad cor.

Veruntamen prope timetes eum salutare ipsius: ut inhabitet gloria in terra nostra.

Misericordia & veritas obuiauerunt sibi: iustitia & pax osculatae sunt.

Veritas de terra orta est: & iustitia de coelo prospexit. Etenim dominus dabit benignitatem: & terra nostra dabit fructum suum.

Iustitia ante eum ambulabit: & ponet in via gressus suos.

Gloria patri. Sicut erat.

Nclina domine aurem tuam & exaudi me: Psal.85.
quoniam inops & pauper sum ego.

Custodi animam meam quoniam sanctus
sum: saluum fac seruum tuum deus meus spe-
rantem in te.

Miserere mei domine quoniam ad te clamaui tota die:
lætifica animam serui tui quoniam ad te domine ani-
mag meam leuaui,

Quoniam tu domine suavis & mitis: & multæ miseri-
cordiæ omnibus inuocantibus te.

Auribus percipe domine orationem meam: & intende
voci deprecationis meæ.

In die tribulatiōis meæ clamaui ad te: q[uod]a exaudisti me.
Nō est similis tui ī dijs dñe: & nō est secūdū opera tua.
Omnis gentes quascunq[ue] fecisti venient & adorabunt
coram te domine: & glorificabunt nomen tuum.

Quoniā magn⁹ es tu & faciēs mirabilia: tu es de⁹ sol⁹.
Deduc me domine ī via tua & īgrediar in veritate
tua: lætetur cor meum vt timeat nomen tuum.

Confitebor tibi domine de⁹ meus ī toto corde meo: &
glorificabo nomen tuum ī æternum.

Quia misericordia tua magna est super me: & eruisti
animam meam ex inferno inferiori.

Deus iniqui insurrexerunt super me: & synagoga po-
tentium quasierunt animam meam: & non proposuer-
runt te in conspectu suo.

Et tu domine deus miserator & misericors: patiens &
multæ misericordiæ & verax.

Respice ī me & miserere mei/ da imperiū tuum pue-
ro tuo: & saluum fac filium ancillæ tuæ.

Fac mecum signū in bono vt videat qui oderunt me &
confundantur: quoniā tu domine adiuuisti me & con-
solatus es me. Gloría patri. Sicut erat.

De officio.

Psal. 115.



Redidi propter quod locutus sum; ego autem humiliatus sum nimis.

Ego dixi in excessu meo: omnis homo medax. Quid retribuam domino: pro omnibus quae retribuit mihi?

Calicem salutaris accipiam: & nomine domini invocabo.
Vota mea domino reddam coram omni populo eius:
preciosa in conspectu domini mors sanctorum eius.
O domine quia ego seruus tuus: ego seruus tuus & filius ancillæ tuæ.

Dirupisti vincula mea tibi sacrificabo hostiam laudis:
& nomen domini invocabo.

Vota mea reddam in conspectu omnis populi eius: in
atrijs domus domini in medio tui Hierusalem.

Gloria patri. Sicut erat. Kyrie eleison. Christe eleison
Kyrie eleison. Pater noster. Et ne nos. Sed libera.

Ego dixi domine miserere mei. Sana animam meam
quia peccavi tibi.

Conuertere domine usquequo. Et deprecabilis esto
super seruos tuos.

Fiat misericordia tua domine super nos. Quemadmodum
sperauimus in te.

Sacerdotes tui induantur iustitiam. Et sancti tui exultent.

Protector noster aspice deus. Et respice in faciem
CHRISTI tui. Domine exaudi orationem meam.
Oratio. Aufer a nobis quæsumus domine cunctas ini-
quitates nostras & peccata nostra: ut mereamur puris
mentibus ad sancta sanctorum introire. Per CHRI-
STVM dominum nostrum.

¶ De confessione/introitu/litanijs. Cap.II.

Ara tus autem intrat ad altare & facit confessionem: quia scriptū est. Sapiens accusator est sui in principio. & antiquæ legis sacerdotes primum pro se/deinde pro populo offerre soliti erant. Interim cantatur antiphona ad introitum: quæ ab introitu sacerdotis ad altare hoc non men meruit habere. Hanc ad introitū dici: Celestinus papa in ordine XLV. instituit. cū usq; ad eius tēpora: ante sacrificiū/ epistola tantū Pauli & euangelium legeretur. Litaniæ quæ sequuntur: propter ipsa græca verba/a græcis assumptæ creduntur.

Antiphona
Introitus

Celestinus

Litaniæ.

De gloria in excelsis & dominus vobiscū. Cap. III

Glory in excelsis deo.

Nomni festo quod plenum habet officium excepto infra aduentum domini & septuagesimam & natale innocentium: tam presbyter q̄ episcopus Gloria in excelsis dicunt. quod etiam nunq; post meridiem legitur dicendum: nisi in coena domini vbi Chrisma conficitur/ & sabbatis paschæ & penthecostes. Deinde versus ad populū dicit SALVATIONEM. Dominus vobiscum. RESPONSO. Et cum spiritu tuo. Sicut enim in epite responderetur & cum spiritu vestro/cum unus esset saluator: sic incongrue salutatur per dominus vobiscū/ cum unus tantum assit/ vel nullus. Hoc vtq; beatissimi patres apostolici/ Anacletus quidem a beato Petro V. et Sother in ordine XIII. decretis suis firmauerunt: ut sacerdos semper vel tertius esset dum missas celebraret. Zacharias item vir apostolicus in ordine XCV. constituit: ne sacerdos ad celebranda missarum solennia cum baculo iutraret/ nec velato capite altari astaret. Sancti quoq; patres in Aurelianensi concilio cap. III constituerunt ut ad salutationes sacerdotis non solum

Dominus
vobiscum.Anacletus
Sothere.

zacharias.

De officio.

clericī & deo dicati: sed omnīs plebs/consona voce respondeat.

¶ De prima oratione in missa.

Cap. III.

 Equitur oratio quam collectam dicunt: eo q̄ sacerdos qui legatione fungitur pro populo ad dominum / omnium petitiones ea in oratione colligat atq̄ concludat. Illæ tamen orationes / specialius collecte vocari videntur: quæ apud Romanos supra collectam populi sūt / dum colligitur vt procedat de vna ecclesia in aliam ad stationē faciēdam, vt in capite ieiunij illa oratio. Concede quæ sumus, apud sanctam Anastasiam supra collectam populi dicitur: qui stationem apud sanctam Sabinam celebraturus est.

¶ De numero orationum.

Cap. V.

 Vxta Romanum ordinem / non p̄sī vnam orationem ante lectionem dicere debere mus: vt Amalarius in prologo sui libri de officijs / se ab ipsis Romanis dīdicisse fate tur. Hoc vtiq̄ & institutio officiorum exigere videntur: vt sicut ad vnam missam vnam tantum lectionē & euā gelium legimus / item vnum introitum / imo vnum officium cantamus / nihilominus & vnam orationem dicimus. Sed hæc iam pauci obseruant, immo plures intā tum orationes multiplicant: vt auditores suos sibi integratos efficiant / & populum dei potius auertant q̄ ad sacrificium allicitant. Hoc autem sapientioribus multum displaceat. qui etsi aliquando antiquam traditionem alijs morem gerendo excedant: in ipsa tamen sua excessione modum tenere & aliquam rationem attenedere solent. Vnde & in missa (etsi non semper) vna tan tum oratione sunt contenti: septenarium tamen numerum in orationibus raro excedunt. Quem utique

numerum nec dominica oratio excedit: quæ cum solis septem petitionibus omnia corpori & animæ necessaria compræhendit. Hoc summopere solent obseruare: vt in missa aut vnā/ aut tres/ aut quinqꝫ/ aut septem orationes dicant, vnam: propter Romanam traditionem. tres: quia domin⁹ ante passionem suam ter orasse legitur. qnqꝫ: propter quincupartitam eius passionē/ in cuius commemorationē eadem celebramus officia. septē: qa & apostoli septē petitiones dominicæ orationis ad consecrationem eorundem mysteriorum frequentasse leguntur. In natali tamen domini ad missam in mane Romani orationem de sancta Anastasia adiiciunt: quia stationem in ecclesia eiusdem martyris ad eandem missam agūt. Et nos quoqꝫ illos in illa adiectione imitamur: līcet non eandem adiectionis occasionem habere videamur. Karissime quidem diligentiores officiorū obseruatores alios in orationibus numeros admitunt: nisi quos & nos supra competēti mysterio insignitos notauimus.

¶ De authenticis orationibus.

Cap. VI.

Arias quoqꝫ orationes nisi antiquas & Ḡgorianas difficile admittunt: utpote quas in antiquioribus & emendatioribus sacramentariis maxime inueniunt. Nam octauum Africane prouinciae concilium cui sanctus Augustinus immo CCXIII. sancti patres interfuerunt: capite XII. ita constituit. Nullæ preces vel orationes/ vel præfationes vel commendationes/ vel manus impositiones dicantur: nisi in concilio fuerint probatae. Item tertium Cartaginense concilium cui item sanctus Augustinus interfuit: capite vicesimotertio. Nulus ad altare patrem pro filio vel filium pro patre nominet: sed semper orationē ad patrē dirigat. nec qualis

De officio.

bet oratione vtatur; nisi probata. Oratio quidem ad patrem dirigenda est iuxta domini præceptum: qui discipulos suos ita instruxit cum eum interrogarent qualiter orare debuissent. Cum stabitis inquit ad orandum: dicite, Pater noster.

¶ De conclusione siue confirmatione orationis.

Cap. II.

Per do. n̄m



Oncludimus autem orationes per dominum nostrum videlicet patrem orando per filium: iuxta eiusdem filij præceptum: qui in euangelio ita præcepit. Usque modo non petistis quicquam in nomine meo: petite & accipietis. Qui & effectum nostris petitionibus: si per ipsum rogauerimus promittit dicens. Quodcunque petieritis patrem in nomine meo: dabit vobis. Unde & plurimas orationes vel pene omnes: satis congrue ita concludimus: per dominum. Paucissimæ enim inueniuntur: quæ pro competentia sensus alia conclusione finiatur. ut illa. Praesta quæsumus omnipotens deus ut natus salvator: qui tecum vivit. In qualibet autem conclusione: cōmemorationem sanctæ trinitatis obseruare solemus: iuxta quod in emendationibus sacramentarijs expressum inuenimus. Sciendum autem in illa visitata conclusione per dominū: q̄ Romanus ordo & antiquissima exemplaria nomen dei interponunt vbi dicitur: qui tecum vivit & regnat deus: quod tamen recentiores post nomen spiritus sancti subiungere solent. Et haec utiq̄ consuetudo etiam apud Romanos: & usquequaque individualit: ut antiquæ traditionis executio: iam non sine scandalo locum habere possit. Quod iuxta apostolum & euangelium: in tam leuisibus causis summo studio desuitare debemus.

¶ De eodem.

Cap. VII

Missa.

Ecundum Romanam auctoritatem nullam orationem per eum qui venturus est concludimus: nisi sit exorcismus: in quo diabolus per diuinum iudicium ut a creatura dei discedat exorcizatur, siue adiuratur. Nam in aliis orationibus quas per dominum nostrum concludimus: patrem ut nobis per amorem filii sui subueniat imploramus. In exorcismo autem diabolum per dei iudicium ut aufugiat increpatum. Omnes autem astates iuxta antiquam sanctorum patrum traditionem in signum confirmationis amen subiungere debent: ut communem orationem quam sacerdos pro omnibus domino libauit confirmaret. Vnde & in ipsa secreta per omnia saecula seculorum: altius dicit. ut premissa oratio per amem a populo confirmari possit.

Amen: omnibus respondendum

CDe epistola ad missam legenda. **Cap. VIII.**

Epistola
Olis subdiaconibus inferioris gradus Romana auctoritas concedit: ut sacrissimis vestibus induiti epistolam legant ad missam. quod tandem non ex eorum consecratione: sed ex ecclesiastica potius concessionem eruerunt obtinere. vnde & rationabilius esse videtur. ut ipse sacerdos sibi epistolam legat: q[uia] ut aliquem nondum ordinatum asciscat sibi ad legendum. Nam beatus Hormisda a sancto Petro LIII papa cap. III illum deponit: quicunq[ue] nec ordinatus officium ordinati usurpauerit quod utique nec ex consecratione nec ex ecclesiastica consuetudine unquam promeruit. Canones etiam alios nisi ad hoc ordinatos in ecclesia legere vel in pulpito psallere vel alleluia dicere vel aliubi exorcizare in diversis concilijs prohibuerent. Nihil autem obstat quin sacerdos in missa inferiorum

Hormisda

De officio

officia si necesse fuerit expleat: quem & omnes inferos
res obtinere constat/ qui & in missa sacris vestibus est
indutus/ sine quibus altari iuxta Romanum ordinem
ministrare non debemus. Vnde & congruentius ipse si-
bi officium subdiaconi representat: q̄ quilibet inordina-
tum/nec sacris vestibus induitū hoc explere permittat.

C De euangelio in quā partem sit lengendū. Cap. X.

Diaconi quoq̄ officiū in missa nihilominus &
ipse cōueniētius euangeliī lectionē explebit:
q̄ alius qui sacrī vestībus nō fuerit induitus.

Nam etiā diaconus tēpore oblationis & le-
ctionis alba induitus esse debet iuxta octauī Carthagī-
nensis cōcilij cap. XLI:cui sanctus Augustinus immo-

CCXVII sancti patres interfuerunt. Luxta decretum

Anastasij papae non sedetur dum euangeliū legitur.
quodq̄ reuerentia (vt aiūt) & apostolicæ lectioni apud
Gr̄ecos exhibetur. Diaconus cum legit euāgeliū: iuxta
Romanum ordinē in ambone vertitur ad meridiē/ vbi
& masculi cōueniunt/ non ad aquilonē vbi fœminæ cō-
sistunt. Ad prīncipalē enim sexū merito vertitur: cui (vt
apostolus insītuīt) infirmior sexus domī docēdus cō-
mittitur. Quod autē presbyteri ad legendū euangeliū
nō se ad meridiē vertunt: hoc ideo inoleuisse credimus/
quia nec ordo illis iniūxit/ vt in ambonē ad legendū
sicut diaconus ascēderēt vbi necessario ad masculos po-
tius q̄ ad fœminas se vertere deberēt. Nam iuxta eccles-
iasticā consuetudinē ad altare legunt: vbi nulla diuersi-
tas auditorū approximat/ quæ legentes magis in hanc
partē q̄ in aliam conuerti exigat. Nusquā ibi fœminæ:
sed soli ordinati ad dexterā & ad sinistrā permittūtur
astare. Ad sinistrū vero cornu altarī habent librū cum

Evangeliū

Anastasius

Iegunt euāgelium vel cum sacrificant: vt in dextera parte expeditiores sint ad suscipiendas oblationes / siue ad conficienda altaris sacramenta. Vnde ad aquilonem magis q̄ ad meridiem versi videntur: cum annuntiant euāgelium. hinc vtiq; illa usurpatio emersisse vi detur: vt etiam diaconi in ambone contra Romanum ordinem se vertant ad aquilonem/ potiusq; se ad partē fœminarū q̄ masculorum vertere nō vereantur. Quæ usurpatio iam adeo inoleuit: vt apud plerosq; quasi per ordinem teneatur. Sed quia certissime contra ordinem est & inhonesta: a diligentioribus ordinis seruatoribus merito refutatur. Ordo quoq; præcipit vt qui lectorus est euāgelium/ crucem sibi faciat in fronte: videlicet iuxta Augustinū in sede ipsius verecundia/ vt eliminta omni verecundia/ cū apostolo de euāgeliō CHRI STI non erubescat. qui se in fine de illo eruditurum prædixit: quicūq; eum hic/ vel verba eius coram hominibus erubuerit. faciat etiam sibi in pectorē crucem: ne aliqua suggestio diaboli impediat/ quin puro corde euāngeliū dei annūciare valeat. Presbyter cum legit euāngeliū / Romano more planetam in dexterum leuat humerum: vt expeditum se terrenis affectibus esse demonstret ad euāngelizādum. Eadem quoq; ratione & diaconi cum legunt: planetam in sinistro tantum humero ponere videntur. Item Romanus ordo præcipit: vt incensum semper præcedat euāgelium cum ad altare siue in ambonem portatur. non autem concedit vt oblatio in altari thurificetur. quod & Amalarius in prologo libri sui de officijs Romanos deuitare fateatur: quamuis modo a pluribus/ immo pene ab omnibus usurpetur.

De officio

Oblatio



Inito euangelio statim est offerendum/dum offerenda canitur; que nomen de oblatione mutauit. Nam ordine præpostero deinceps offertur, post quam propositam oblationem in altari sacerdos populu hortatur ad orandum. Sanctus Alexander papa VII a beato Petro constituit: ut panis tantum & vinum aqua mixtum in sacrificio domini offeratur. Quia de latere dominii sanguis et aqua simul profluxerunt. Vnde & sanctus Cyprianus in calice inquit dominico aqua vino deesse non debet: ne populus qui per aquam iuxta apocalypsin significatur a CHRISTO separatus esse videatur. Ita autem iuxta Romanum ordinem in altari componenda sunt: ut oblatæ in corporali posita/ calix ad dexterum latus oblatæ ponatur/quasi sanguinem dominii suscepturus/que de latere dominico profluxisse credimus. Nam oblatum sane panem in verum CHRISTI corpus: sicut & vinum in sanguinem dominicum conuerti non dubitamus. Solent autem presbyteri dum sine ministris offerunt: deposita oblata in altari patenam abscondere sub corporali, & fortasse ideo: quia iuxta ordinem & acolythus eam debet tenere in uolutam inter sacrificandum. Cooperitur quoque calix non tam causa mysterij quæ cœtelæ: vsque dum finito canone dicitur/ oremus præceptis salutaribus. Discooperitur tamen dum leuatur ubi dicitur: accepit & hunc præclarum calicem. & ibi/ per ipsum & cum ipso. & hoc fortasse ideo: quia cautius leuat sine cooperimento quæ cooperitus.

¶ Quid super oblationem sit dicendum.
Cap. XII.



Omposita autem oblatione in altari / dicitur sacerdos hanc orationem iuxta gallicanum ordinem. Veni sanctificator omnipotens eterne,

deus/benedic hoc sacrificiū tuo nominī præparatū per
CHRISTVM. Deinde ante altare inclinatus dicat
 hanc orationē: non ex aliquo ordine/sed ex ecclesiastि-
 ca cōsuetudinē. Suscipe sācta trinitas hanc oblationem
 quam tibi offerimus in memoriam passionis / resurre-
 ctionis/ascensionis. Quæ vtiq; oratio a diligentioribus
 ordinis & comprobatae consuetudinīs obseruatoribus:
 tam pro defunctis q; pro viuis sola frequentatur. qui et
 si se penumero plurimorum cōsuetudini ced int: super-
 flua tamen summopere deuitant. Romanus tamen or-
 do nullam orationem instituit post offerendam ante se-
 cretam. Eretus autem presoyter: populū hortatur ad
 orandum. & ipse post finitam secretam: præfationē or-
 ditur in canonem. in qua supernorum ciuium ordines
 merito cōnumerantur: qui eisdem mysterijs quæ ibi cō-
 ficiuntur/ iuxta attestacionem sanctorum patrum inter-
 esse creduntur. Vnde & angelicus hymnus **Sanctus/**
Sanctus/ Sāctus subsequitur: quē beatus **Sixtus** papa
 in ordine septim⁹ cōslituit vt ante sacrificiū diceretur. Sixtus
 Hunc autem hymnum & ipse sacerdos cum alijs neces-
 sario debet dicere: ne seipsum sua prece videatur priuaf-
 se. Qui & suas & aliorū voces cum angelicis laudib; admitti
 deprecatus est in præfatione. Iuxta Romanū
 ordinem nunq; absq; lumine celebramus: non vtiq; ad
 depellendas tenebras cū sit clara dies sed potius in ty-
 pum illius luminis cuius sacramenta ibi conficimus/
 sine quo & in meridie palpabimus vt in nocte.

Quid auctum sit in canone.

Cap.XIII

 Rationem quā canonē siue actionē propter
 regularem sacramentorum confectionē Ro-
 mano more appellamus: quis composuerit:
 aperte nō legimus. nisi p; sanctus **Gregori⁹** Gregorius
 quedam sch.olaisticum illam composuisse testatur. Mul-
b.i.

De officio.

Alexander.

ta tamen eidem canonī a sanctis patribus inserta legis
mus. sic a sancto Alexādro papa in ordine VII ipsius
dominicæ passionis commemoratio interseri iubetur.
Itē sanctus Gregorius papa primus: diesq; nostros in
tua pace disponas vscq; per CHRISTVM dominum
noscitrum: & magnus Leo sanctū sacrificium/immacu-
latam hostiam in canone addiderūt. Idem quoq; Gre-
gorius dominicam orationem canonī se adieciisse in re-
gistro suo asserit; vbi quibusdam inde murmurantib;
humili responsione satisfecit: incoueniens esse asserens/
vt oratio quam scholasticus composuit super oblationē
diceretur: & illa prætermitteretur quam ipsi apostoli
ex institutione dominica in confectione eorundem sa-
cramentorum v̄sitas crederētur. In summis quoq; fe-
liuitatibus/quēdam canonī in illo loco vbi dicitur cōi-
cantes/vel hanc igitur oblationem/interporimus: quæ
ex antiquioribus & emendatoriis sacramētarijs in-
terpone ida esse didicimus: videlicet in natali dominī/
in epiphania/in cena domini/in pascha/ in ascēsione
& pēthecoste. Huiusmodi interpositiones efficiūt vt il-
lud coicantes aptius per se quasi in catholica cōmuniōe
manētes intelligam⁹ q̄ ad subsequētiū sanctorū cōmu-
nionē ipsū referamus. Huiusmodi autē temerariū vide-
tur: vt nos aliqua canonī ad libitū nostrū adiūciamus/
nisi quæ a sanctis patribus adiecta vel adiūciēda esse co-
gnouimus. precipue cū inter ipsos sanctos patres nulli
aliquid adieciisse legātur: nisi qui & apostolica auctori-
tate prēdicti hoc facere potuerūt. Optimū ergo videatur:
vt in hac causa terminos patrū nostrorū nō excedam⁹.
Nec nos apostolicæ auctoritatis req̄s efficiamus: si (qd
soli apostolicæ potestati competit) canonem nostris in-
terpositionibus augmentare pr̄sumimus.

¶ Quid superfluum sit in canone.

Cap. XIII.

Nterponere solent quidam ibi suas orationes vbi dicitur memento domine famulorum famularumque tuarum & ante commemorationem defunctorum: item post nomen domini papæ siue proprij episcopi adiiciunt & omnibus orthodoxis atque catholicae & apostolicae fidei cultoribus: sed superflue. Nam ordo statim in sequenti versu vbi dicitur memento domine famulorum famularumque tuarum nobis concedit ut omnium viuorum commoremus quoscunque voluerimus. Item post pauca addunt pro quibus tibi offerimus: cum in antiquioribus & veraciorebus sacramentarijs non nisi sub tertia persona offerentes ibi reperiatur. Item ibi vnde & memor res domine nos serui tui: nativitate domini commemorat cu[m] iuxta apostolū in eiusmodi sacrificio non nativitatē domini sed morte eius annūciare debeamus. Vnde & sanctus Ambrosius in libro sacramentorum: quotiescumque inquit offertur sacrificium mors dicitur resurrectio domini significatur quod & sanctus Augustinus sua attestatio ne confirmat. Quapropter & nos ibi tantum passionis resurrectionis & ascensionis commemoramur. Hec igit[ur] oia quæ nos adiecitia notauimus: ille perculdubio superflua & eradenda iudicabit quicunque antiquiores & emendatores sacramentarios diligenter inspexerit. Sciendum autem quod Romana auctoritas nostra viuorum fidelium internumerare permittit vbi dicitur. Memento domine famulorum famularumque tuarum: similiter & defunctorum vbi iterum dicitur. Memento etiam domine. Aliorum vero sanctorum nomina annumerare non debemus: nisi quos antiquitus in canone descriptos inuenimus excepto post Pater noster in illa oratione vbi iuxta ordinem quantumlibet sanctorum nomina internumerare possumus. Et hoc quoque notandum: quæ personæ prælatorum & subie-

De officio

ctorum in canone distinguitur. Vbi enim domini apostolici siue episcopi nostri nomen assumimus/ de praetatis agere videmur: de subiectis vero statim in sequenti versu vbi dicimus. Memento domine famulorum familiarumq; tuarum. Item illud hanc igitur oblationem seruitutis nostrae de praelatis sonat: nam quod sequitur/ sed & cunctae familiae tuae: subiectos videtur indicare. Itē unde & memores domine nos serui tui: de prelatiſ. & illud sed & plebs tua sancta: de subiectis age re non dubitatur.

De signis quae super oblationem fiunt. Cap. XV.

DE signis autem quae super oblationem a diversis diuerse fiunt: nos ab apostolica sede potissimum formam sumere decreuimus una de totius Christianæ religionis ordinem & originem suscepimus. Nam & illi sedi nostrum temporealem deus gabernatorem reverendæ inquam memoriam Gregorii papam imposuit: qui sub decem suis antecessoribus a puerō Romæ nutritus & eruditus/ omnes apostolicas traditiōes diligentissime inuestigauit/ & inuestigatas studiosissime in actum referre curauit. Hunc ergo doctorem religione & auctoritate præcipuum/imo apostolicā traditionē per ipsum: in considerandis mysterijs potissimum imitari decreuimus. Sicut nos ipsi per ipsum & per episcopos qui eum imitati sunt accepimus: imparē numerū semper in dispensatione signorū super oblationē obseruam⁹. videlicet vna crucē/ vel tres/ vel quinq; faciendo. & hoc utiq; non sine certa causa mysterij. Nā in vna & trib⁹/ trinū & vnu dominū intimamus: in quinq; autē/ quincupartitā domini passionem significamus. Merito autē/ imparē numerus in ecclesiasticis officijs frequentatur: quia nunq; in duo equalia vnitate impeditente diuiditur, sicut vnitatis

sanc*tæ ecclesiæ: nullatenus eam in duo secari patitur,*
 In primitis vbi dicitur hæc dona/hæc munera: tres cru-
 ces tantum super panem & vinum cōmuniter facimus.
 nec vñquam panem a calice separamus in consignatio-
 ne: nisi vbi separatim nominatur in canone. Ita autem
 illa cōmuniter signamus: vt erecta pars crucis tantum
 super panem/transuersa autem super calicem proten-
 dantur. Nam erecta pars crucis corpus dominicum su-
 stinuit: transuersa autem ipsius brachia distendit. Vn-
 de & calix cōgrue sub brachia eius collocatur: quasi de
 latere dominico / sanguinē domini suscepturus. Cum
 dicimus hanc igitur oblationem: usque ad altare incli-
 namur/ad exemplum **CHRISTI qui se humiliauit**
 pro nobis usq; ad mortem crucis. Erecti autem cum di-
 cimus/benedictam/ascriptam/ratam: tres cruces super
 vtrumq; simul facimus. Non enim hic sola oblata si-
 gnanda est vt quidam faciunt: sed vtrumq;. Quia & v-
 trūq; significatur in oblatione. Nam sequitur vt nobis
 fiat corpus & sanguis: subauditur oblatio. Et hoc cum
 dicitur: quarta crux super panem/& quinta super cali-
 cem separatim imponitur. Congrue autem prius tres
 tantū cruces super vtrūq; fecimus/liter quinq; dictio-
 nes ad signa facienda equipollens haberemus/ id est be-
 nedictam/ascriptam/ratam/rationabilem/ acceptabi-
 lem: videlicet vt quinarium numerum non excederem-
 mus/& quintam crucem super calicem quasi quinti vul-
 neris indicem vnde sanguis profluxit/competenter fa-
 ceremus.

C De acceptione oblationis in manus. Cap. XVI.

 Einde panis in manus accipi&nt;ur; & anteq;
 reponatur in altari/benedicitur. Itē & cali-
 eleuatus:ante depositionem benedicitur. Nā
 & ipse dñs in euāgelio vtrūq; legitur benedi-
 b. sij.

De officio

xisse: antequam dimitteret e manibus. Accepta enim in manibus benedixit: postea discipulis dedit. Item vbi dicitur hostiam puram / hostiam sanctam/ tres cruces super vtrumque simul facim⁹: quia & vtrumque simul in eisdem verbis intelligimus. quartā autē super panem: & quintam super calicem separatim infigimus/ verum sanguinem dominum de latere dominico profluentē designātes.

¶ De cōmemoratiōe dominicæ passionis: Cap. XVII.

Votandum autem / per totum canonem/ dominicæ passionis commemorationem potissimum actitari: iuxta domini præceptum in euangelio. Hoc inquit quotiescumque feceritis: in mei memoriam facietis. & illud apostoli. quotiescumque inquit hoc sumpseritis: mortem domini annunciatitis. Vnde & ipse sacerdos per totum canonem in ex passione manuum: non tam mentis deuotionem/ q̄ CHRISTI extensionem in cruce præsignat. iuxta illeū expādi manus meas tota die. Non ergo digitī sūt contrahendī semper: vt quidam pro nimia cautela faciunt. Male enim cauti sumus: si CHRISTVM imitari summopere non studemus. Congruum ergo est ut manus expandamus infra canonem: hoc tamen obseruato nequid digitis tagamus præter domini corpus. Notandū quoque in ipso canone quīquieres per CHRISTVM dominum nostrum haberi: & ipsa quinaria conclusione/congrue quinariam domini vulnerationē intimari. Presbyter autem raro manus remittere solet: nisi cum necessario propositā oblationē benedicere debet. Presbyter etiam humiliationē domini usque ad crucem (vt prædictimus) indicat: cum se usque ad altare inclinat dicendo/hanc igitur oblationem. Statim enim in sequentibus de dominica passione traditur: cuius typus usque ad supplices te rogamus obseruatur. Ibi videlicet sa-

cerdos se iuxta altare inclinās; CHRISTVM in cruce inclinato capite sp̄itum tradidisse significat.

De cōmemoratione mortuorum & reliquis obseruātijs usq; ad finem canonis. Cap. XVIII.

Post mortē CHRISTI in cruce: cōmemoratio mortuorū apte subseq;tur. quia nec alio rū defunctorū cōmemoratio agēda est: nisi q; in CHRISTI morte redempti sunt: & in CHRISTO hāc vitā finierūt. Cū aut sacerdos vocē exaltat dicens/nobis quoq; peccatoribus: illū cēturionē designat/qui visa morte CHRISTI vocē exaltauit dicendo/vere filius dei erat iste. Tres vero crucē super corpus & sanguinē coiter facit cū dicit/Sāctificas/viū ficas/bñdicias: i honore sanctæ trinitatis. Postea cū corpore dñico quātuor crucēs sup calicē facim⁹ dicēdo/p ipsum. & cum ipso. & in ipso. & quartam in latere calicis/videlicet iterū vulnus dñici lateris signisçādo. vnde & calicē ex eodē latere tū oblata tāgim⁹ iuxta Romanū ordinē. Multi tñ tres tātū crucēs sup calicē & duas in latere eius faciunt: sed videtur incōgruū/cū CHRISTVS nullū vuln⁹ habuerit i latere nīsivnū. Sed reverēdæ memoriae Gregori⁹ papa fecit vt pdixim⁹: qđ beatus Anshelmus Lucēsis ep̄s ita ab eo se dīdicisse testatus est. & hoc ita semper obseruauit: nobisq; itidem obseruandū firmissime inculcauit. Cū dīcimus per oīa sācula sāculorū: corpus cum calice leuamus / & latim in altari deposita cooperimus. Quia & Ioseph corpus dominicū de cruce leuauit: & in sepulchro depositū lapide operuit. Hucusq; calix pro cautela cooperit⁹ videbatur: deinceps aut magis pro mysterio operitur. Quia sicut CHRISTVS tres dies in sepulchro sūt operit⁹: ita & nos corpus domini & calicem cooperimus usque dum tres articulos orationis expleamus. nam & præ-

Gregorius.

b.iiij.

De officio.

fationem dominicæ orationis / & ipsam dominicā orationem / & illam quæ sequitur / quæ embolis dominicæ orationis nuncupatur. Iuxta Romanū ordinem cū dicitur & ab omni perturbatione securi: accipit archidiaconus a subdiacono patenam nudam / quam acolythus tenuit in uolutā / & osculatam dāt vni ex diaconib⁹ tendam ad cōfractionem in ea faciendam. Vnde & sacerdos sine ministro sacrificans: ad eūdem locum / eam de sub corporali resumit / & osculatam in altari depositat / vt hostiam in ea confringat. Cum autem dicit per dominū nostrū: rumpit hostiam in dextro latere iuxta ordinem / ad designandum dominicī lateris percussiōnem. Deinde maiorem partem in duo cōfringit: vt tres portiones de corpore dominiō efficere possit. Nam vinam in calicem faciendo crucem mittere debet cum dicit Pax domini: ad designandam corporis & animæ cōiunctionem in resurrectione **CHRISTI**. Alteram vero ipse presbyter necessario sumit ante calicis participationem: iuxta dominicam institutionem. Tertiam autē communicaturis / siue infirmis necessario dimittit, nec hæc utiq⁹ sine certi causa mysterij. Tripliciter enim corpus domini intelligitur, ynūquod resurrexit a mortuis quod significat particula in sanguinē missa. aliud quod adhuc vivit in terra: significatum per particulam a sacerdote consumptam. tertium quod iam requiescit in **CHRISTO**: quod & a tertia particula in altari reseruata apte figuratur / quam viaticum morientium appellare solemus.

De pane/fractione & communicatio-



ne.

Cap. XIX.

Ost immissionē autē panis in calicē: iuxta Romanū ordinē dicit sacerdos sub filētio / Fiat cōmixtio & cōsecratio corporis & sanguinis

domini nostri IHESV CHRISTI accipientibus
nobis in vitam æternam. Beatus Innocentius papa in
ordine XLII constituit pacem dari post confectionem
sacramentorum. Cum pacem damus: dicere solemus.
Pax tecum. & cum spiritu tuo. Congrue autem pax datur
ante cœmunionem: quia iudicium sibi manducat & bi-
bit: quicunq; non prius fratri suo reconciliatus cœmu-
nicare presumpserit. Sergius papa in ordine LXXXVII
constituit: ut in tempore confractioñis dominici corpo-
ris agnus dei a clero & populo decantetur/videlicet ut
ille nobis propicietur/cuius corpus ibi confringi vide-
mus & credimus. Facta autem confractioñe debent om-
nes communicare: interim & antiphona cantatur/quæ
de cœmunione nomen mutuauit. cui & psalmus subiū-
gendus est cum gloria patri: si necesse fuerit. Scidum
autem eandem antiphonam semper eundem psalmum
cum introitu habere: si non habet proprium ex quo sum-
pta videatur. Orationē quam inclinati dicimus ante-
quam cœmunicemus; non ex ordine/ sed ex religiosorū
traditione habemus. scilicet domine IHESV CHRIS-
TUS qui voluntate patris. item illud: corpus & san-
guis domini nostri IHESV CHRISTI. quod &
dicimus/ cum alijs Eucharistiam distribuimus. Sunt &
alia multæ orationes: quas quidam & ad pacem & cœ-
munionem priuatim frequentant. sed diligenteres an-
tiquarum traditionum obseruatores/nos in huiusmodi
priuatis orationibus breuitati studere docuerunt. o-
tiusq; publicis precibus in officio missæ occupari volue-
runt. Nam beatus Innocentius papa scribens sancto
Augustino & Aurelio episcopis/asserit q; nos plus cœ-
munibus & publicisq; singularibus & priuatis oratio-
nibus proficere poterimus.

¶ De vitanda intinctione.

Cap. XX.

De officio.

Non est autem authenticum: quod quidam corpus domini intingunt/ & intinctum pro complemento communionis populo distribuunt. Nam ordo Romanus contradicit: qui & in paraseue vinum non consecratum cum dominica oratione & dominisci corporis immissione iubet consecrare/vt populus plene possit comunicare. Quod utique superfluo præciperet: si intinctum corpus dominicum a priori die seruaretur/ & ita intinctum populo ad communicandum sufficere videretur. Iulius quoque papa in ordine XXXVI episcopis Aegypti scribens/ huiusmodi intinctione penitus prohibet: & seorsum calicem iuxta dominicam institutionem sumendum docet. Vnde & beatus Gelasius papa in ordine LI scribens quibusdam episcopis / excommunicari illos præcipit: quicunque sumpto corpore dominico/ a calicis participatione se abstinerint. Nam & ipse in eodem decreto assertit. Huiusmodi sacramentorum diuisio: sine grandi sacrilegio prouenire non poterit. Postque omnes communicauerint: dicit sacerdos sub silentio hanc orationem iuxta ordinem. Quod ore sumpsimus. Quia finita sequitur oratio siue orationes post communionem dicendae: quæ eodem numero & ordine orationibus ante lectioem epistole/ siue secretis ante praefationem dictis/ debent respondere. Quæ utique orationes non pro iis qui comunicaturi sunt/ sed qui communicauerunt: iuxta proprietatem sui nominis agunt. Ergo & ante ipsas communicare non negligant: quicunque earundem orationum benedictione foueri desyderat. His ita finitis: subsequitur benedicamus domino/ siue ite missa est/ si tamen aliquid solum fuerit quod gloria in excelsis habere debuerit. Respondent omnes deo gratias: iuxta apostolum/ pro collatis beneficijs agentes.

Iulius

Gelasius

VT autem a superioribus aliquantulum repeatamus . postquam sacerdos resurrectionem domini per coniunctionem corporis & sanguinis dominici denotauerit : subsequenter etiam populo pacem offerre debebit / sicut & CHRISTVS post resurrectionem suam coram discipulis fecit . Communicatio populi typum illius conuiuij gerit quod semel dominus post resurrectionem suam cum discipulis iniisse legitur . Hos etiam post ultimum conuiuum ab eis discessurus in cœlum benedixit : sic & sacerdos populum cum oratione post communionem benedicit / videlicet iam cito discessurus ab eo . cui tamen prius ut ipse discedat : per ite missa est denunciata . in figurā angelorum / qui discipulis discedente domino ab eis dixerunt : virtus Galilæi quid statis aspicientes in cœlum / & reliqua . Quo auditu / discipuli adorantes dominum reuersi sunt in Hierusalem cum gaudio magno : sicut & populus relata deo gratiarum actione / ad propria cum gaudio reuertitur .

C De benedictione post missam.

Cap. XXII.

Dicitur tamē ab episcopo benedicitur si adest : finautē a presbytero qui missam celebrauit . quis beatus Damasus papa / hoc presbyteris Damasus non licere dicat / vbi de vana coepiscoporum superstitione tractat : si tamen nos mendositas exemplaris nō fecellit . Sed magnus Leo papa & beat⁹ Gela ſi⁹ papa ei⁹ successores / i ecclesiasticis officijs apprime erudit⁹ / in decretis suis vbi diligētissime qd p̄sbyteris liceat / vel nō liceat describūt : nullatenus illis bñdicio-

Leo
Gelasius

De officio

ne super populu(nisi episcopo p̄sente) interdic̄t. Beatus quoq̄ Hieronymus sanctæ Romanæ ecclesiæ p̄sbyter q̄ sub btō Damaso pap./& post ipsū vscq̄ ad Sixtū successore ei⁹ in ecclesiasticis statutis studiosissime inuigilauit: ipse iq̄ Rustico Narbonensi episcopo de ecclesia sticis ordinibus scribēs/ presbyteros a benedictione su per populū nō prohibendos esse asserit. Si(inquit) presbyter CHRISTVM consecrat cum in altario dei sacramenta benedicit: benedicere populum non debet/ qui CHRISTVM meruit consecrare! Et post pauca. Hoc in ecclesijs suis presbyteri : faciant quod Romæ/siue quod in oriēte/quod in Italia/quod in Creta/ quod in Cypro/quod in Afrīca/quod in Ilyrico/quod in Hispania/quod in Britānia/quod in Gallia/quod in omnibus locis vbi humilitas perseuerat. Ex his ergo coniçere possumus beatum Damasum papā huiusmodi benedictionē presbyteris illicitā aut penitus nō dixisse: aut si dixit/ecclesiasticam tamen consuetudinē in hoc præualuisse. pr̄cipue cum ipsius verba ita possint intelligi: vt presbyteros doceret quid eis quasi ex proprio officio usurpare nō liceret/ & quid eis ex episcopali auctoritate cōcedi posset nō ignoraret. Sic enī cōfirmatio Neophytorū penitus separata est ab officio presbyterorū: quā tamen Sāctus Gregorius papa prim⁹/ quibusdā presbyteris concessisse legitur scribens Ianuario Caliritano episcopo. Item & susceptionem poenitētium non ex sua cōsecratione sed ex episcoporum cōfessione presbyteri meruerunt habere. quod illum non latebit: quicūq̄ ordinē cōsecrationis eorum/ siue statuta sanctorum patrum diligenter inspexerit. Agathēse quoq̄ concilium cap. XLIIII benedictionē super populum presbyteris prohibere videtur. Sed hanc prohibitionem: de episcopali tantum benedictione factam

interpretatur: quæ utiq; benedictio iuxta XVIII Toletani concilij cap. & attestatio[n]e sancti Augustini ad Paulinū episcopū: ante cōmunionē populo a solis episcopis solet impendi. Si quis vero hoc de hac ipsa benedictione de qua agimus dicitum putauerit: sententia tamen prouincialis concilij tam generali ecclesiastice consuetudini praetudicare non poterit. Ideo autem fortasse huiusmodi benedictio presbyteris antiquitus interdicta est: quia & ad episcopale officium pertinere videbatur & ecclesiastico conuentui nondum adeo necessaria reputabatur. Nam soli communicantes: confectioni sacramentorū antiquitus intererant. Quibus & oratio post cōmunionem quæ pro solis cōmunicantibus instaurata est: pro benedictione potuit satisfacere. Apud iuniores autem cum iam populus cōmunicare cessaret/ nec tamē a diuinis mysterijs se substraheret: necessario permisum est vt a presbytero benediceretur ne tam benedictione q̄ etiam cōmunione priuatus discedere visideretur. Siue autem ea occasione siue hoc alia presbyteris permitteretur ab episcopis: adeo tamen in usum iam usquequaq; deuenit/ vt nequaq; absq; graui scandalo a presbyteris in populo prætermitti possit/ nisi forte apostolica sedes synodaliter & generaliter prohibe revoluerit.

CQuid agat sacerdos post missam. Cap. XXIII.
 Initio omnibus osculatur presbyter altare dicens. Placeat tibi sancta trinitas. Deinde sacris vestibus se exuens cantat hymnū trium puerorum: iuxta quod sancti patres in quarto Toletano concilio decreuerunt capite decimo quarto: videlicet ut excommunicationi subiaceret/ qui cuncti sacerdos eundem hymnum post missam dicere negligeret. Psalmum quoque Laudate dominum in

De officio.

sanc*tis* eius in gratiarum actionē subiungens/cum pa*ter* noster & versibus ad hoc competentib*us*, concludit eam cum oratione illa: deus qui tribus pueris. Sciendū iuxta decreta pontificum: q*uod* presbytero non licet corā episcopo n*isi* eo iubente / vel sacrificare / vel populum benedicere/vel salutare/vel exhortari. Vnde cum euā gelūm legīt coram episcopo; benedictionem petit ab eo. Item cum vult sacrificare inclinat se episcopo pro cōcessione; cui etiam cum populo se inclinat pro yltima benedictione.

Brevis descriptio celebrandæ missæ. Cap. XXIII

Desbyter cum se parat ad missam; in pri*mis* cantat Psal. Quam dilecta. Psal. Benedixisti domine. Psal. Inclina. Psal. Credidi Deinde Kyrie eleison Pater noster. Ego dīxi domine. Cōuertere domine. Fiat misericordia tua. Sacerdotes tui. Protector noster aspice deus. Domine exaudi orationem meam. Oratio. Aufer a nobis domi*ne* cunctas iniquitates nostras; quæ et iam prius posita est. Item alia oratio. Actiones nostras quæsumus domine & aspirando præueni & adiuuando prosequere; vt cuncta nostra operatio per te semper incipiat & per te cœpta finiatur. Per. Paratus autem venit ante altare dicens. Anti. Introibo ad altare dei.

Psal. 42.

Dic me deus & discerne causam m*ea*m de gente non sancta: ab homine iniquo & solo*so* erue me.

Du*ci* tu es deus fortitudo mea quare me repulisti:& quare tristis' incedo dum affligit me inimicus!

Emitte lucem tuam & veritatem tuam/ ipsa me deduxerunt:& adduxerunt in montem sanctum tuum & in

tabernacula tua.

Et introibo ad altare dei: ad deum qui lætitificat iuuentutem meam.

Cōfitebor tibi in cithara deus meus/deus meus/ quare tristis es anima mea:& quare conturbas me.

Spera in deo quoniam adhuc confitebor illi : salutare vultus mei & deus meus.

Gloria patri & filio & sp̄ituī sancto.

Sicut erat in principio & nunc & semper & in sæcula sæculorum Amen.

Et facit cōfessionem. CONFESSIO. Confiteor deo omnipotēti/ ipsis sanctis/ & oībus sanctis/ & tibi frater: quia peccauī in cogitatiōe/in locutione/in opere/i pollutione mētis & corporis, ideo precor te orare pro me.

RESPONSIΟ. Misereatur tui op̄s deus & cimittat tibi oīa peccata tua/ liberet te ab omni malo/ & conseruet te in omni opere bono/ & perducat nos pariter IHSVS CHRISTVS filius dei viui in vitā aternam amen. Indulgētia. Indulgentiā & remissionē omnium peccatorum nostrorū nobis tribuat omnipotens & misericors dominus amen.

Litanjæ Græcæ.

1 ΚΥΡΙΕ	ελεησορ
2 ΚΥΡΙΕ	ελεησορ
3 ΚΥΡΙΕ	ελεησορ
1 ΧΡΙΣΤΕ	ελεησορ
2 ΧΡΙΣΤΕ	ελεησορ
3 ΧΡΙΣΤΕ	ελεησορ
1 ΚΥΡΙΕ	ελεησορ
2 ΚΥΡΙΕ	ελεησορ
3 ΚΥΡΙΕ	ελεησορ

De officio

Symmachus

Hyminus angelorum a Symmacho auctius.



Loría in excelsis deo. & in terra pax homi-
nibus bonæ voluntatis. Laudamuste. Bene-
dícimus te. Adoramus te. Glorificamus te.
Gratias agimus tibi propter magnam glo-
riam tuā. Dñe deus rex cœlestis deus pater omniipo-
tens. Domine fili vnigenite IHESV CHRISTE.
Domine deus agnus dei filius patris. Qui tollis pec-
cata mundi miserere nobis. Qui tollis peccata mūdi/
fuscipe deprecationem nostram. Qui sedes ad dexte-
ram patris miserere nobis. Quoniam tu solus sanctus.
Tu solus dominus. Tu solus altissimus IHESV
CHRISTE cum sancto spiritu in gloria dei patris.
AMEN.

Concordia Symbolorum.

Articuli. n.

- | | |
|--|---|
| 1. C Symbolū apostolorū | C Symbolum Constantino-
Petrus politanum. |
| 2. C redo in de-
um patrem omni-
potentem creatorem | C redo in vnum deum patrem
omnipotētem factorem cœli &
terræ visibilium omnium & in-
visibilium. |
| Andreas | C Et in vnu dñm IHESVM
CHRISTVM filiū dei vnige-
nitum & ex patre natū ante oia
sæcula deū deo lumen de lu-
mine deum verum deo vero
genitum nō factū cōsubstancialē
patri per quē oia facta sunt. |
| 3. C Et in
IHESVM
CHRISTVM
filium eius vni-
cum/dominum
nostrum. | C Qui propter nos homines &
propter nostram salutē descēdit |
| Iacobus | |
| 3. C Qui conce- | |

- ptus est de spiritu san-
cto nat⁹ ex MARIA
vīrgine.
Ioannes
- 4 ¶ Passus sub Pontio
Pilato/ crucifix⁹/mor-
tuus & sepultus.
Philippus.
- 5 ¶ Descendit ad infe-
ros/tertia die resurre-
xit a mortuis.
Bartholomæus.
- 6 ¶ Ascendit ad cœlos/
sedet ad dexteram dei
patris omnipotentis.
Thomas.
- 7 ¶ Inde venturus est iu-
dicare viuos & mor-
tuos.
Matthæus.
- 8 ¶ Credo
in spí-
ritum
san-
ctum.
Iacobus.
- 9 ¶ Sanctam ecclesiam
catholicam/ sanctorū
communionem.
Símon.
- 10 ¶ Remissionem pecca-
torum.
Thadeus.
- de cœlis. Et incarnatus est
de spiritu sancto ex MA-
RIA vīrgine,& homo fa-
etus est.
¶ Crucifixus etiā pro no-
bis sub Pontio Pilato/pas-
sus & sepultus est.
¶ Et resurrexit tertia die
secundum scripturas.
¶ Et ascendit in cœlum/
sedet ad dexteram
patris.
¶ Et iterū venturus est cū
glia iudicare viuos & mor-
tuos. Cuius regnī non erit
finis.
¶ Et in spiritu sanctū dñm
& víuificantē/qui ex patre
filioq; procedit. qui cū pa-
tre & filio simul adorat &
cōglorificatur. qui locutus
est per prophetas.
¶ Et vnam sanctam
catholicam & aposto-
licam ecclesiam.
- ¶ Cōfiteor vnum baptis-
ma in remissionem pecca-
torum.

De officio

11. ¶ Carnis resurrectionem.
Matthias.
12. ¶ Vitam aeternam. ¶ Et vitam venturi seculi.
A M E N.

¶ Symbolum Constantinopolitanū a C L episcopis
in cōcilio Constantinopolitano fuit ordinatū vt Mar-
cus Nicenū: ita hoc Cōstantinopolī ordinatū in ecclē-
sia dicendū Damasus papa istituisse fer̄. huic postmo-
dum additæ sunt particulæ de cœlis. secundū scriptu-
ras. filioq; quas tanq; additas sub obelisco notauimus
hoc pacto. ¶ DE OBLATIONE. Cum sacerdos
accipit oblationem dicit. Acceptabile sit omnipotenti
deo sacrificium nostrum. Deinde calice in altari ad de-
xtrā oblatæ deposito dicit. Veni sanctificator oportes
aeternæ de⁹ benedic hoc sacrificiū tuo noī præparatum
per CHRISTVM. Et inclinat⁹ ante altare dicit. Su-
scipe sancta trinitas hāc oblationē quā tibi offerim⁹ in
memoriā passionis/ resurrectionis/ ascensionis dñi nostri
IHESV CHRISTI/ & in honore sanctæ dei geni-
tricis MARIAE/ sancti Petri/ sancti Pauli & istorū atq;
om̄ sanctorū tuorū/ vt illis proficiat ad honorē/ nobis
autē ad salutē/ & vt illi pro nobis dignent̄ itercedere in
cœlis quorū memoriā agimus in terris per CHRIS.
Orate. Secreta. Descriptio canonis iuxta Romanam
auctoritatē. Te igitur clementissime pater per IHES-
VM CHRISTVM filium tuum dominum no-
strum supplices rogamus & petimus: vt accepta ha-
beas & benedicas. Hic signat sacerdos oblationem &
calicem tribus vicibus sub una cruce. Hæc ♫ dona/
hæc ♫ munera/ hæc ♫ sancta sacrificia illibata impre-
mis que tibi offerim⁹ pro ecclesia tua sancta catholica.

quam pacificare/custodire/adiuuare & regere digneris/
 toto orbe terrarum vna cum beatissimo famulo tuo pa-
 pa nostro illo/& antistite nostro/illo. Memento do-
 mine famulorum familiarumq; tuarum. Hic nomina
 viuorum memorentur si volueris / sed non dominica
 die. Et omnium circustantium quorum tibi fides co-
 gnita est & nota deuotio. qui tibi offerut hoc sacrificium
 laudis pro se suisq; omnibus/ pro redēptione animarū
 suarum/ pro spe salutis atq; incolumitatis suæ tibi red-
 dunt vota sua æterno deo viuo & vero. Cōmunicantes
 & memoriam venerantes imprimis gloriose semper vir-
 ginis MARIAE genitricis dei & dñi nostri IHE-
 SV CHRISTI/ sed & beatorum apostolorum ac
 martyrum tuorum Petri/ Pauli/ Andreæ/ Iacobi/ Ioh-
 annis/ Thomæ/ Iacobi/ Philippi/ Bartholomæi/ Mat-
 thei/ Simonis & Thadæi/ Lini/ Cleti/ Clemetis/ Six-
 ti/ Cornelij/ Cypriani/ Laurentij/ Grisogoni/ Ioannis
 & Pauli/ Cosmae & Damiani/ & omnium sanctorum
 tuorum quorum meritis precibusque concedas: vt in
 omnibus protectionis tuæ muniamur auxilio. Per
 CHRISTVM. Hic inclinatur vsq; ad altare dicens.
 Hanc igitur oblationem seruitutis nostræ sed & cun-
 ñæ familiæ tuæ: quæsumus domine ut placatus accipi-
 as / diesq; nostros in tua pace disponas / atq; ab æter-
 na damnatione nos eripi & in electorum tuorū iubeas
 grege numerari. Per CHRISTVM dominum no-
 strum. Erectus: ambo/ cum tribus crucibus benedicat,
 Quam oblationē tu deus in omnibus quæsumus bene-
 dictam/ ascrip tam/ rat tam/ rationabilē/ acceptabi-
 lem q; facere digneris. Hic separatim signat oblatam et
 calicē. Ut nobis corpus & sanguis fiat dilectissimi
 filij tui domini nostri IHESV CHRISTI. Qui pri
 die q; pateretur accepit panem in sanctas ac venerabili

De officio

les manus suas / eleuatis oculis in cœlum ad te deum
patrem suum omnipotentem/tibi gratias agens benedí-
xit/fregit/dedit discipulis suis dicens. Accipite & ma-
ducate ex hoc oēs. **HOC EST CORPVS ME-**
VM. Simili modo postea q̄ cœnatum est: accipiens &
p̄clarū calicē in sanctas ac venerabiles manus suas/ itē
tibi gratias agēs benedixit/dedit discipulis suis dicens.
Accipite & bibite ex hoc oēs. HIC EST ENIM
CALIX & reliqua. Hæc quotiescūq; feceritis in mei
memoriā facietis. Vnde & memores dñe nos tui serui/
sed & plebs tua sancta CHRISTI filij tui domini
dei nostri/tam beatæ passionis / necnon & ab inferis
resurrectionis/sed & in cœlos glorioſæ ascensionis:of-
ferimus p̄claræ maiestati tuæ de tuis donis ac datis.
Hic tres cruces super vtrūq; simul facit/ & quartam su-
per oblationem/ & quintam super calicem. Hostiam,
purā/hostiam, sanctā/hostiam, immaculatā/ panē
sanctum vitæ æternæ/ & calicem salutis perpetuæ. Su-
pra quæ propicio ac sereno vultu respicere digneris &
accepta habere:ficuti accepta habere dignatus es mu-
nera pueri tui iusti Abel/ & sacrificiū patriarchæ no-
strī Abrahæ/ & qđ tibi obtulit summus sacerdos tuus
Melchisedech/sanctum sacrificiū / immaculatā hostiā.
Hic inclinat se iuxta altare dicens. Supplices te roga-
mus omnipotens deus : iube hæc perferti per manus
sancti angeli tui in sublime altare tuum/ in conspectū
diuinæ maiestatis tuae. Hic erigit se dices. Ut quotquot
ex hac altaris participatione: sacrosanctū filij tui cor-
pus & sanguinē sumpserimus/oī benedictione cœlesti
et gratia repleamur. Hic duæ orationes dicūf. Memē-
to etiā dñe famulorū famularūq; tuarū qui nos p̄cesser-
rūt cū signo fidei & dormiūt in sōno pacis. Et recitan̄
nomina. Deinde postq; recitata sunt:dicit, Ipsis domine

& omnibus in CHRISTO quiescentibus/locum re-
frigerij / lucis & pacis ut indulgeas deprecamur. Per
CHRISTVM dominum nostrum. Nobis quoq; pec-
catoribus famulis tuis de multitudine miserationum
tuarum sperantibus/partem aliquam & societatem do-
nare digneris cum tuis sanctis apostolis & martyribus
cum Ioanne. Stephano. Matthia. Barnaba. Ignatio.
Alexandro. Marcellino. Petro. Felicitate. Perpetua.
Agatha. Lucia. Agneta. Cecilia. Anastasia. & cum oī-
bus sanctis tuis intra quorū nos consortiū nō aestima-
tor meriti sed veniae quæsumus largitor admitte . Per
CHRISTVM dominum nostrū. per quem hęc om-
nia domine semper bona creas . Hic tres cruces super
vtrumq; simul faciat. Sancti ficas/viui ficas/bene
dicis & prestas nobis. Hic cum oblata quatuor cruces
facit super calicem & quíntam in latere ipsius. Per ip̄
sum & cum ip̄so & in ip̄so est tibi deo patri omni-
potenti/in unitate sp̄ritus sancti omnis honor & glo-
ria. Hic eleuat calicem dicens. Per omnia sacula sacer-
torum. Amen. Et deponit oblatā dicens. Oremus. Pre-
ceptis salutaribus moniti & diuina institutione forma-
ti audemus dicere. CORATIO DOMINI.

1. ¶ Pater noster qui es in cœlis sanctifícetur nomen tuum. Petitiones
 2. ¶ Adueniat regnum tuum.
 3. ¶ Fiat voluntas tua/sicut in cœlo & in terra.
 4. ¶ Panem nostrum quotidianum da nobis hodie.
 5. ¶ Et dimitte nobis debita nostra:sicut & nos dimi-
timus debitoribus nostris.
 6. ¶ Et ne nos inducas in temptationem.
 7. Sed libera nos a malo. Amen.
- Libera nos quæsumus domine ab omnibus malis pre-
teritis/præsentibus/& futuris:& intercedente beata &
c. iii.

Dé officio

gloriosa semper virginē dei genitricē M A R I A &
beatis apostolis tuis/Petro/ Paulo/ acq; Andrea. Hic
nominat quotquot sanctos voluerit. Cum omnibus
sanctis:da propicius pacem in diebus nostris vt ope
misericordiae tuæ adiutū & a peccato simus semper li-
beri. Hic patenam accipiat & osculatam deponat.
& ab omni perturbatione securi. Hic corpus super pa-
tenam in tria diuidat dicens. Per dominum nostrum
IHE SV CHRISTVM filium tuum qui tecum
vivit & regnat deus per omnia sæcula sæculorū.amen.
Hic tertiam partem in calicem mittit dicens. Pax do-
mini sit semper vobiscum. Et subiungit orationem istā:
Fiat commixtio & consecratio corporis & sanguinis
domini nostri **IHE SV CHRISTI** accipientibus
nobis in vitam æternam. Et osculato altari dat pacem
stanti dicens. Pax tecum, Resp. Et cū spíritu tuo. Incli-
natus autem dicit anteq; communiceet. Domine **IHE-**
SV CHRISTE qui voluntate patris cooperante
spíritu sancto per mortem propriam mundum vivifica-
sti: libera me per hoc sacro sanctum corpus & sanguis-
nem tuum ab omnibus iniuriantibus meis / & malis
meis / & fac me tuis inhærere mandatis / & a te nunquā
in perpetuum separari. qui cum patre & spíritu san-
cto. Cum distribuit Eucharistiam:dicit. Corpus & san-
guis domini nostri **IHE SV CHRISTI** proficiat
tibi in viam æternam. Amen. Postquam omnes com-
municauerint:dicit. Quod ore sumptissimus pura mente
capiamus:& de munere temporali fiat nobis remedium
sempiternum. Per. Finita missa dicit. Placeat tibi san-
cta trinitas obsequiū seruitutis meæ & præsta: vt hoc
sacrificium quod oculis tuae maiestatis ego indignus
obtuli/mihī & omnibus pro quibus illud obtuli/te mi-
serante sit propiciabile.per **CHRISTVM** dominū.

Exuens se vestibus sacris dicit. Trium puerorū. Benedicite. Laudate dominum in sanctis eius. Kyrie eleison. Pater noster. Confiteantur tibi domine. Exultabunt sancti. Exultet iusti. Non nobis domine. Domine exaudi. Oratio. Deus qui tribus pueris. Alia. Actiones.

DICENDA POST MISSAM.

ANTI. Trium puerorum cantemus hymnum quem cantabant in camino ignis benedicentes dominum.

CANTICVM TRIVM PVERORVM.

Benedicite omnia opera domini domino; laudate & superexaltate eum in sæcula.

Benedicite angeli domini domino; benedicite cœli domino.

Benedicite aquæ omnes quæ super cœlos sunt domino; benedicite omnes virtutes domini domino.

Benedicite sol & luna domino; benedicite stellæ cœli domino.

Benedicite imber & ros domino; benedicite omnis spiritus dei domino.

Benedicite ignis & astus domino; benedicite frigus & astas domino.

Benedicite rores & pruina domino; benedicite gelu & frigus domino.

Benedicite glacies & nubes domino; benedicite noctes & dies domino.

Benedicite lux & tenebrae domino; benedicite fulgura & nubes domino.

Benedicat terra dñm: laudet & supexaltet eū in sæcula.

Benedicite montes & colles domino; benedicite vniuersa germinantia in terra domino.

Benedicite fôtes dño; benedicte maria & flumina dño.

Benedicite cete & omnia que mouentur in aquis domino; benedicite omnes volucres cœli domino.

De officio

Benedicite omnes bestiæ & pecora domino; benedicite filij hominum domino.

Benedicat israel dominum: laudet & superexaltet eum in sæcula.

Benedicite sacerdotes dñi dño: bñ dicite serui dñi dño,
Benedicite spiritus & animæ iustorum domino: benedicite sancti & humiles corde domino.

Benedicite Ananía/ Azaria/ Misael domino: laudate & superexaltate eum in sæcula.

Benedicamus patrem & filium cum sancto spiritu: laudemus & superexaltemus eum in sæcula.

Benedictus es domine in firmamento cœli: laudabilis & gloriosus & superexaltatus in sæcula.

Psal. 150.
Audate dominum in sanctis eius: laudate eū in firmamento virtutis eius.

Laudate eum in virtutibus eius: laudate eū secundū multitudinē magnitudinis eius.

Laudate eum in sono tube: laudate eum in psalterio & cithara.

Laudate eū in tympano & choro: laudate eum in chordis & organo.

Laudate eū in cymbalīs benesonantibus/ laudate eum in cymbalis iubilationis: omnis spiritus laudet dñm.

Kyrie eleison. Christe eleison. Kyrie eleison. Pater noster. Sed libera.

Confiteantur tibi domine omnia opera tua. Etsancti tui benedicāt tibi. Exultabunt sancti in gloria. Lætabuntur in cubilibus suis. Non nobis domine non nobis. Sed nominis tuo da gloriam. Domine exaudi orationem meam. Et clamor meus ad teveniat. Oremus.

Deus qui tribus pueris mitigasti flamas ignium: concede propicius ut nos famulos tuos non exurat flama viciorum. Per dominum. **A**lia oratio.

Actiones nostras quæsumus domine aspirando præueni & adiuuando prosequere: vt cuncta nostra oratio & operatio a te semper incipiat & per te incepta finiatur per CHRISTVM dominum nostrum. Et hæc oratio/ **A**ctiones nostras tam in præparatione missæ post orationem aufer a nobis/ q̄ hic cōpleto ministerio dicēda ē,
C Epilogus adiectus.

Cap.XXV

Salmos et confessionem ante missam dici instituit Pontianus a beato Pe. XVIII.

C Introitum Celestinus primus a Petro. XLV.

C Kyprie ελεησορ
Syluester a Pe. XXXIII ex imitacione Græcorum nouenario repetendum
Gregorius primus a Petro.

LXVI.

C Duos ad minimum sacerdoti cum sacrificat adesse Anacletus a Petro V & Sother a Pe. XIII.

C Sacerdotem velato capite altari non astare Zacharias a beato Pe. XCV

C Gloria in excelsis deo/ qui hymnus angelorum dicitur: Telephorus. Auxit et compleuit hunc hymnum Symmachus a Pe. LIII.
& completum ut nunc/

instituit canendum.

C Et cum spiritu tuo/ & alias salutarium responde fones tā clero q̄ plebi respondendum Concilium Aurelianense.

C Orationū auctores p̄decessores Gregorij primi et ipse Gregorius primus.

C Amen/orationum confirmationem omnibus respondendum. Ex sanctione patrum & concilijs.

C Solas authenticas orationes esse dicendas. Autheticæ sūt q̄ a summis pontificibus sunt cōpositæ.

Concilium Africanum.

C Epistolam in ecclesia circa subdiaconatum nō licere sacrī vestib⁹ in dutum legere/ alioqui a sacerdote esse legendam.

Hormisda a Pe. LIII.

C Dū legitur epistola ob

De officio

- reuerentiam apostoli & etiam quia s̄ape hoc no mē b̄ndictū IHESVS replicare solet ut genua curuēt / Græci surgunt. ¶ Sine sacrīs vestībus nō esse altari ministrandū. Quapropter arcendos esse rusticos qui se inge rūt in summo sacrificio sacerdotibus ministrare Ordo Romanus.
- ¶ Gradualia & tractus Celestinus primus.
- ¶ Euāgeliū sacrificio prælegendum.
- Telephorus.
- ¶ Euāgeliū si diaconus legit: eo in meridiem ver so legendum.
- ¶ Si sacerdos legit: i fini stro cornu altaris legit/ eo s̄eper ad oriētē verso.
- ¶ Euāgeliū dicitur⁹ cruce frōti et pectori i primit Hęc ex sanctione patrū & ordine Romano.
- ¶ Dū euāgeliū legi ob reuerētiā esse surgendū. Anastasius primus a Petro XXXI
- ¶ Clericos a laicis dum sacrificiū celebratur esse separandos/vīris laicis ci tra chorū in parte meri diei id est dextra & mulie ribus in parte septētrionali & sinistra/ clericis i cho ro & circa altare ad seruē dum manentibus.
- Bonifacius secundus a Petro LVII.
- ¶ Sacrata ad usū altariū a solis sacratis esse tāgēda Sixt⁹ primus a Pe. VIII qđ confirmauit Bonifaci us primus a Pe. XLIII Etiē mulier tāgeret aut lauaret sacratas pallas qđ b⁹ altaria cōtegun̄t. Quo sit vt laicis sancta altaria tā gere nō liceat. qđ & nūc i paruis portatilibus obser uari pr̄cipitur/sed in magnis violari negligitur.
- ¶ Symbolū in ecclesia canendum: Marcus a Petro XXXV successore eius/ Damaso/quarto post ipsū idem confirmante.
- ¶ Oblationē dum offer torium canitur esse offerē dam/ eumq; fore modicæ quantitatis azymum pa nem & vinū aqua mixtū.
- Alexander a Petro VII

CAnte tertiam horam
non esse offerendum.
Telesphorus.

CPanem oblationis su-
per corporale ī altari &
calicē oblati panis pro-
pter mysteriū esse locan-
da / & totum sacrificium
vtroq; super altare existē-
te peragendū: nīsi tantis
perdū sancta sanctorum
ad spectacula populi le-
uantur. Sixtus primus.

CNitidis pānis cooperi-
ēda altaria. Bonifacius
tertius a Pe. LXVIII.

CCalicē benedictionis
discoperiēdū dū dicitur
acepit & prēclarum ca-
licem. Dum leuat, ur.

Dū dicitur: oremus prē-
ceptis salutarib⁹. Et ibi
per ipsum & cum ipso,
alibi partim propter
cautelā/ partim propter
mysteriū cooperiendū.
Ordo Romanus.

CPatenā deposita obla-
tione in altari Romana
cōsuetudine a sacerdote
sub corporalī abscondē-
dam / aut a subdiacono
in uolutam inter sacrifi-

candum tenendam.

CSecretas / præfationes
& canonē brachijs & ma-
nibus expassis dicendum.
Gelasius primus.

CSāctus ter Sixt⁹ prim⁹
CPater noster Apostoli
& Gregorius primus.

COsculum pacis Innocē-
tius primus a Pe. XLII.

CAgnus dei ter. Sergius
prim⁹ a pe, LXXXVII.

CPacem dandam post
Agnus dei. Leo secundus
a Petro. LXXXIII

CPost communionē ora-
tiones. Ite missa est. Bene-
dicamus domino.

Gelasius primus & Gre-
gorius primus.

CSacerdotib⁹ benedicere
populo absente epo in cal-
ce sacrificij concedunt.

Gelasius primus & Leo
primus a Petro. XLVII.

CHymnos Benedicite
omnia opera/ & Laudate
dominum in sanctis eius
cum precib⁹ & oratione
completo mysterij officio
esse dicendos Gregorius
primus & atecessores ei⁹.
Quos qui dicere omittūt:

De officio
excommunicationi subiacent ex Toletano cōcilio.


CHæc sunt in quibus oportet quemq; sacerdotem pru-
denter ad dei laudem & honorem & ad suam salutem
exerceri gratiam præstante & iuuamen domino no-
stro IHESV CHRISTO præcipuo huius sacrati-
simi & ineffabilis mysterij & auctore & consumatore.


CParisijs ex officina libraria Henrici Stephani anno
CHRISTI I saluatoris qui est altare/victi-
ma & sacrificiū nostrū superbes
neditus in secula seculo-
rū M D XVIII.


secunda die
decēbris.

A M E N











27

